



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Papaver.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

**A** Pad Plantum in Bacchidibus, fungus fatuitatis, & stupida; admodum credulitatis hieroglyphi- cum est:

*Adeon' me fuisse fungum, ut illi crederem?*

Quod quidem significatum Nicobulus eadem fabula manifestius declarat, dum se omnes quicum- que ubi sunt, qui fuere quiq; futuri sunt posthac stulti, stolidi, fatui, fundi, bardi, buccones, ble- ni, anteire longè stultis & indoctis moribus profutur. Et prius de re nihili Chrysalas:

*Tanti est, quanti est fungus putridus.*

DE CUCURBITA. CAP. XI.

**C**ucurbitam apud Ægyptios non inveni in suas literas receptam, apud alios tamen in hoc genere minimè præteritam.

SPES INANES. CAP. XII.

**N**am apud Onirocritas cucurbita spes inanes præfagit: ut pote quæ cum ventricosam admodum speciem præ se ferat, multumq; idem tamen nutrimenti polliceri videtur, illud tamen & tenue, & nisi condimento aliquo juvetur, egregiè fatuum est.

*Et gravia in latum de missa cucurbita ventrem. Artem l. 1. cap. 19. Cucurbita salubrior.*

SALUBRITAS. CAP. XIII.

**N**eque tamen cucurbitæ fautores defunt, ut qui pro salubritate poni eam contendunt, anfa, ut puto, capta ex proverbio, *πολλὰ κέρδη ὑγιεινὰ*, quod ex Epicharmo sumptum memorat Athenus, libro 3.

DE PAPAVERE. CAP. XIV.

**P**apaver nonnulli inter se getes enumerant, propterea quod Maro id Cereale dixerit: quasi non & *Georg. li. 1.* olera, & edulia omnia è terra nascencia, Cereris esse munera cognoscât. Ab hac igitur parte significata ejus exordiemur.

CERES. CAP. XV.

**P**apaver quidem Cererem, atque adeo terram omnem humano commercio habitam hieroglyphico suo referebat, neque quidem hoc una tantum de causâ: bicularis enim figura ejus perinde ac terræ, protuberat undecumque, convallibus quibusdam veluti subsidentibus, montium quodam modo jugorumq; speciei, locorumq; reductorum effigie: interiora deniq; folliculis quibusdam distincta gerit, veluti etiam nationes hominum & fluviis, & montibus, & urbibus dispersuntur. Innumera præter hæc includit semina, est & hoc terræ benignæ proprium. Neq; quidem hoc cibum, nisi concutiat, & obtundatur, & ventiletur, emittitur: neq; terra, nisi exaretur, sarriat, vertatur, obteratur, multisq; modis excutatur agiturq;, quicquam proficit.

*Papaver hieroglyph. terra.*

IUSTITIA. CAP. XVI.

**P**ropter vero receptacula æquis inter se intervallis disgregata iustitiam, ac legum lationem, quæ Cereri attribuuntur in primis, hieroglyphicè demonstrat: eaque de causâ Dea ipsa & legisera, & *Græciani ob hanc iustitiam con-* justitiæ autor appellata est: sive, ut arbitrantur quidam, propterea quod semina penes se deposita *trastam pa-* magno cum sœnore reddere consueverit. Sane Virgilius & his, quæ superius dicta sunt, confide- *paver sustu-* ris, non immerito *Cereale papaver* appellavit. Sunt qui nihil, quod ad eruditionem faciat, in- *lit.* vestigantes, *Cereale papaver* à Poëta dictum autement, quod Cererem in Proserpina filia con-